Quelle: http://manuscripta.at/?ID=549
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et acerbitas infernalium pena-
rum et perpetuitas earum. Quis
enim non timeret cum consideraret
infernalem carcerem calliginosum
fumosum et turbulentum et omni
penuria plenum, horribilem
societatem demonum et omnium
dampnatorum, calidissimum ig-
nem non solum manum aut
pedem cruciantem, sed totum
corpus ~~in vetustatem~~ et vi- [margin: in [illegible]]
scera hominis, ymo et medul-
las ossium penetrantem et in-
numeras alias penas anime et
corporis perpetuas et intollerabiles.
Tercium est enormitas peccatorum
que oritur ex immensitate
divini boni quod per peccata offenditur, [margin: honora[tur] et [illegible]]
Si namque bene pensatur divina
immensitas in omni genere vir-
tutis, dominii et potestatis, si-
militer eciam pensetur immensitas sui
amoris et sui beneficencie
erga nos, et econtrario pensetur
nostra parvitas et debitorum
quibus sibi obligati sumus
innumerabilis multiplicitas, cla-
rissime apparet quod omnis eius of-
fensa habet in se quodammodo
infinitissimam gravitatem reatus,
ita quod per nullam penam nobis
irrogatam posset ad plenum
iniuria compensari. Si enim
malum est indebite offendere
proximum equalem, et offendere
superiorem ut iudicem aut aliam
personam quem est peius propter
maiorem offensi dignitatem,
Et offendere principem est valde
peius propter valde maiorem
[bonitatis potestatis in omni genere]

eius dignitatem erit inestima-
biliter ymo infinite malum et
enorme offendere ipsum deum im-
mense bonum et contempnere propter
vilem rem, ut brevem delec-
tacionem aut propter aliquod tempora-
le lucrum vel aliud parvum et
nullius momenti in comparacione
ad ipsum. Et quis non vehementer
timeret cum hanc enormitatem
peccatorum diligenter consideraret
et simul attenderet culpabilita-
tem propria et multitudinem
peccatorum per ipsum commissorum cum cir-
cumstanciis ea aggravantibus, et
nescit an de hiis vere contri-
tus sit et salubriter penituerit.
Quartum est propria fragilitas
et multi defectus proprii ut ig-
norancia [lucis] veritatis, pro-
nitas ad mala, tarditas ad
bona ex innata corrupcione et
ex mala consuetudine et multi-
plicia alia que usque ad mor-
tem possunt homini esse causa
et occasio casuum futurorum in
peccata. Quintum est seducens
prosperitas, que merito timo-
rem ingerit homini cum cogitat
quod tam multas prebet homo
occasiones casuum peccatorum, ut
superbie, luxurie, gule, inepte
leticie et aliorum viciorum inde
sequencium. Sextum est incer-
titudo mortis et incertitudo
hore mortis; nescit enim homo
an hodie moriturus sit, et
nescit an sit in dei gracia
et amicicia, quia nescit an
preterita culpa indulta sit, ymo